

SATURDAY AFTER THE FOURTH SUNDAY IN LENT

Errors? help@extraordinaryform.org

This Saturday is called *sitiētes* from the opening words of the Introit. Since the time of Pope Gelasius (492-496) it has been a day for conferring Holy Orders, and was therefore once a day of great fast, extending through the night.

The Gospel teaches us that if the house of God on earth is not to be turned into a house of traffickers - still less can we purchase our entrance into heaven. We are to drink with joy from the fountains of grace which flow from the blessed Eucharist.

New User Guide

AT THE FOOT OF THE ALTAR

(Kneel)

P: †In nōmine Patris, et Fīlii, et Spīritus Sancti. Amen.

P: Introībo ad altāre Dei.

S: Ad Deum qui lætīficat iuventūtem meam.

(Psalm 42)

P: Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hōmine inīquo et dolōso éruē me.

S: Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulīsti, et quare tristis incēdo, dum afflīgit me inimīcus?

P: Emītte lucem tuam, et veritātem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernācula tua.

S: Et introībo ad altāre Dei: ad Deum qui lætīficat iuventūtem meam.

P: Confitebōr tibi in cīthara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me?

S: Spera in Deo, quóniam adhuc confitebōr illi: salutāre vultus mei, et Deus meus.

P: Glória Patri, et Fīlio, et Spīritui Sancto.

S: Sicut erat in princípīo, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

P: Introībo ad altāre Dei.

S: Ad Deum qui lætīficat iuventūtem meam.

P: †Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

S: Qui fecit cælum et terram.

P: Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatíone, verbo, et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

S: Misereátur tui omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

P: Amen.

S: Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi pater: quia peccávi nimis cogitatíone, verbo, et ópere: **(strike breast 3 times)** mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

P: Misereátur vestri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

S: Amen.

P: †Indulgéntiam, absolutíonem, et remissíonem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

S: Amen.

P: Deus, tu convérsus vivificábis nos.

S: Et plebs tua lætábitur in te.

P: Ostēnde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

S: Et salutāre tuum da nobis.

P: Dómine, exáudi oratíonem meam.

S: Et clamor meus ad te véniat.

P: Dóminus vobiscum.

S: Et cum spírītu tuo.

P: Orémus.

P: Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitātes nostras: ut ad Sancta sanctorum puris mereámur méntibus introīre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, quorum reliquæ hic sunt et ónium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

(Only at High Mass when incense is used)

P: Ab illo benedicáris, in cuius honóre cremáberis.

AT THE FOOT OF THE ALTAR

(Kneel)

P: †In the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen.

P: I will go unto the altar of God.

S: To God, Who gives joy to my youth.

(Psalm 42)

P: Judge me, O God, and distinguish my cause from the unholy nation, deliver me from the unjust and deceitful man.

S: For Thou, O God, art my strength, why hast Thou cast me off? And why do I go about in sadness, while the enemy afflicts me?

P: Send forth Thy light and Thy truth: they have conducted me and brought me unto Thy holy mount, and into Thy tabernacles.

S: And I will go unto the altar of God: to God, Who gives joy to my youth.

P: I shall praise Thee upon the harp, O God, my God. Why are you sad, O my soul, and why do you disquiet me?

S: Hope in God, for I will still praise Him, the salvation of my countenance, and my God.

P: Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.

S: As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

P: I will go unto the altar of God.

S: To God, Who gives joy to my youth.

P: †Our help is in the name of the Lord.

S: Who made heaven and earth.

P: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, brethren, that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, brethren, to pray for me to the Lord our God.

S: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.

P: Amen.

S: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you father: that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: **(strike breast 3 times)** through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, Father, to pray for me to the Lord our God.

P: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.

S: Amen.

P: †May the almighty and merciful Lord grant us pardon, absolution, and remission of our sins.

S: Amen.

P: Thou wilt turn again, O God, and quicken us.

S: And Thy people will rejoice in Thee.

P: Show us, O Lord, Thy mercy.

S: And grant us Thy salvation.

P: O Lord, hear my prayer.

S: And let my cry come unto Thee.

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Let us pray.

P: Take away from us our iniquities, we beseech Thee, O Lord; that with pure minds we may be made worthy to enter into the Holy of Holies. Through Christ our Lord. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: We pray Thee, O Lord, by the merits of Thy Saints whose relics are here, and of all the Saints: that Thou would deign to pardon me all my sins. Amen.

(Only at High Mass when incense is used)

P: Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

INTROIT Isaiah 55: 1

Sitiētes, venite ad aquas, dicit Dóminus: et qui non habétis prētium, venite et bibe cum lætítia. (Ps. 77: 1) Attēdite, pópule meus, legem meam: inclināte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri et Filio et Spīritui Sancto, sicut erat in princípīo, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sitiētes, venite ad aquas, dicit Dóminus: et qui non habétis prētium, venite et bibe cum lætítia.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

All you who thirst, come to the waters, says the Lord: and you who have no money, come and drink with joy. (Ps. 77: 1) Hearken, My people, to My law; incline your ears to the words of My mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. All you who thirst, come to the waters, says the Lord: and you who have no money, come and drink with joy.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Kýrie, eléison.

S: Kýrie, eléison.

P: Kýrie, eléison.

S: Christe, eléison.

P: Christe, eléison.

S: Christe, eléison.

P: Kýrie, eléison.

S: Kýrie, eléison.

P: Kýrie, eléison.

(Stand at High Mass)

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Lord, have mercy.

S: Lord, have mercy.

P: Lord, have mercy.

S: Christ, have mercy.

P: Christ, have mercy.

S: Christ, have mercy.

P: Lord, have mercy.

S: Lord, have mercy.

P: Lord, have mercy.

(Stand at High Mass)

P: Dóminus vobiscum.

S: Et cum spírītu tuo.

P: The Lord be with you.

S: And with your Spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Orémus.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Let us pray.

COLLECT

Fiat, Dómine, quæsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotíonis afféctus: quia tunc nobis próderunt suscepta jejúnia, si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spīritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: Amen.

(Sit)

COLLECT

Make fruitful, O Lord, the zeal of our fervent devotion; for only if it pleases Thee shall the fasting we have undertaken be of benefit to us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the Unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

(Sit)

LESSON Isaiah 49: 8-15

Hæc dicit Dóminus: In témpore plácitæ exaudívi te, et in die salutis auxiliátus sum tui, et servávi te, et dedi te in foedus pópuli, ut suscitáres terram, et possidéres hereditátes dissipátas: ut diceres his, qui vincti sunt: Exíte: et his, qui in tenebris: Revelámini. Super vias pascéntr, et in ómnibus planis pásdua eórum. Non esúrient neque sítient, et non percúriet eos æstus et sol: quia miserátur eórum reget et sol: et ad fontes aquárum potábit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, et sémitæ meæ exaltábuntur. Ecce, isti de longe vénient, et ecce illi ab aquilóne et mari, et isti de terra austráli. Laudáte, cæli, et exsúlta, terra, jubilate, montes, laudem: quia consolátus est Dóminus pópulum suum, et páuperum suórum miserébitur. Et dixit Sion: Derelíquit me Dóminus, et Dóminus oblítus est mei. Numquid oblivísci potest múlier infántem suum, ut non misereátur filio úteri sui? et si illa oblíta fuerit, ego Dóminus oblivísci potest. Dicit Dóminus omnipotens.

S: Deo grátias.

GRADUAL Psalms 9: 14, 1-2

Tibi, Dómine, derelictus est pauper: pupillo tu eris adjutor. Ut quid, Dómine, recessisti longe, déspicis in opportunitátibus, in tribulatíone? dum superbit impius, incénditur pauper.

Thus says the Lord: In a time of favor I answer you, on the day of salvation I help you, to restore the land and allot the desolate heritages, saying to the prisoners: Come out! to those in darkness: Show yourselves! Along the ways they shall find pasture, on every bare height shall their pastures be. They shall not hunger or thirst, nor shall the scorching wind or the sun strike them; for he who pities them leads them and guides them beside springs of water. I will cut a road through all My mountains, and make My highways level. See, some shall come from afar, others from the north and the west, and some from the land of Syene. Sing out, O heavens, and rejoice, O earth, break forth into song, you mountains. For the Lord comforts His people and shows mercy to His afflicted. But Sion said, The Lord has forsaken me; my Lord has forgotten me. Can a mother forget her infant, be without tenderness for the child of her womb? Even should she forget, I will never forget you, says the Lord almighty.

S: Thanks be to God.

GRADUAL Psalms 9: 14, 1-2

To Thee, O Lord, is the poor man left: Thou wilt be a help to the orphan. Why, O Lord, hast Thou retired afar off; why dost Thou slight us in our wants in time of trouble? While the wicked man is proud, the poor is set on fire.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Only at High Mass when incense is used)

P: Ab illo benedicáris, in cuius honóre cremáberis.

P: Munda cor meum ac lábia mea, omnipotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ calculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratíone dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Jube, Dómine, benedicere. Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

(Stand)

P: Dóminus vobiscum.

S: Et cum spírītu tuo.

P: Seqúentia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

S: Glória tibi, Dómine.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Only at High Mass when incense is used)

P: Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.

P: Cleanse my heart and my lips, O almighty God, Who cleansed the lips of the Prophet Isaiah with a burning coal. In Thy gracious mercy, deign so to purify me, that I may worthily proclaim Thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.

P: Pray, Lord, a blessing. The Lord be in my heart and on my lips that I may worthily and fittingly proclaim His Gospel. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

(Stand)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: The continuation of the holy Gospel according to John.

S: Glory to Thee, O Lord.

GOSPEL John 8: 12-20

In illo tempore: Locutus est Jesus turbis Judæorum, dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixérunt ergo ei pharisæi: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Jesus et dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio, unde veni et quo vado: vos autem nescitis, unde venio aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam: et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego et, qui misit me, Pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso: et testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. Dicebant ergo ei: Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo: et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus.

S: Laus tibi, Christe.

P: Per evangélica dicta deleantur nostra delicta.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Dominus vobiscum.

S: **Et cum spiritu tuo.**

P: Orémus.

(Sit)

OFFERTORY Psalms 17: 3

Factus est Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus: et sperabo in eum.

P: Súscipe, sancte Pater, omnipotens ætérne Deus, hanc immaculatam hóstiám, quam ego indignus famulus tuus offero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentiis meis, et pro ómnibus circumstantibus, sed et pro ómnibus fidelibus cristiánis vivis atque defunctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem in vitam ætérnam. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Deus, qui humanæ substántiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilis reformasti: da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitatis esse consórtes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus: per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Offerimus tibi, Dómine, cálicem salutáris tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra, et totíus mundi salutē cum odóre suavitátis ascéndat. Amen. In spiritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut placeat tibi, Dómine Deus. Veni, sanctificátor omnipotens ætérne Deus: et benedic hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Per intercessiónem beáti Michælis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incensum istud dignétur Dóminus benedicere, et in odórem suavitátis accipere. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.*

P: *Incensum istud a te benedictum, ascéndat ad te, Dómine, et descéndat super nos misericórdia tua.*

P: *Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incensum, in conspéctu tuo: elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum. Pone, Dómine, custódiám ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malitiæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.*

P: *Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amoris, et flamma ætérnæ caritátis. Amen.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Lavábo inter innocéntes manus meas: et circumdábó altáre tuum, Dómine: Ut áudiám vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ, et locum habitátionis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpíis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinem vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: dèxtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingrèssus sum: rédime me, et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedicám te, Dómine. Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offerimus ob memóriam passiónis, resurrectiónis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptístæ, et sanctorum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Oráte fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

S: Suscipiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis, ad laudem, et glóriam nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

P: Amen.

SECRET *(silently)*

Oblatióibus nostris, quæsumus, Dómine, etiáre suscèptis: et ad te nostras placam rebéllis compéllé propítius voluntátes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus,

(aloud, to conclude the Secret Prayer)

P: ...per ómnia sæcula sæculórum.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Dominus vobiscum.

S: **Et cum spiritu tuo.**

P: Sursum corda.

S: **Habémus ad Dóminum.**

P: Grátias agámus Dómino Deo nostro.

S: **Dignum et justum est.**

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejunio vítia cómprimis, mentem elevás, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adorant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessiόne dicéntes:

(Kneel)

P: Sanctus ☩, Sanctus ☩, Sanctus ☩, Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glóriá tua. Hosánna in excelsis. † Benedictus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excelsis.

THE ROMAN CANON

(silently)

P: Te ígitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac peticas, ut accépta habeas, et benedicas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro **N.**, et Antístite nostro **N.**, et ómnibus orthodoxis, atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

P: Meménto, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum **N.**, et **N.**, et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est, et nota devotío, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque ómnibus: pro redemptiόne animárum suárum, pro spe salutis et incolumitátis suæ: tibique reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

P: Comunicántes, et memóriam venerántes, in primis glóriæ semper Vírginis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártýrum Joánnis, Petri et Jacobi, Andréæ, Jacóbi, Cornélii, Thomæ, Pauli, Cypriani, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriani, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiόnis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: ☩ Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatiόne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

At that time, Jesus spoke to the multitudes of the Jews, saying, I am the light of the world. He who follows Me does not walk in the darkness, but will have the light of life. The Pharisees therefore said to Him, You bear witness to Yourself. Your witness is not true. Jesus answered and said to them, Even if I bear witness to Myself, My witness is true, because I know where I came from and where I go. But you do not know where I came from or where I go. You judge according to the flesh; I judge no one. And even if I do judge, My judgment is true, because I am not alone, but with Me is He Who sent Me, the Father. And in your Law it is written that the witness of two persons is true. It is I Who bear witness to Myself, and He Who sent Me, the Father, bears witness to Me. They therefore said to Him, Where is your Father? Jesus answered, You know neither Me nor My Father. If you knew Me, you would then know My Father also. Jesus spoke these words in the treasury, while teaching in the temple. And no one seized Him, because His hour had not yet come.

S: Praise to Thee, O Christ.

P: May our offenses be erased by the words of the Gospel.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Let us pray.

(Sit)

The Lord is become my rock, my fortress, my deliverer; and in Him will I put my trust.

P: Receive, O Holy Father, almighty and eternal God, this spotless host, which I, Thine unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, for my innumerable sins, offenses, and negligences, and for all here present; and also for all faithful Christians both living and dead, that it may profit me and them for salvation unto life everlasting. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: O God, Who wonderfully formed the dignity of human nature, and more wonderfully restored it, grant us through the mystery of this water and wine, to be made participants of His divinity, Who condescended to become a partaker of our humanity, Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who with Thee, lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: We offer Thee, O Lord, the chalice of salvation, pleading Thy clemency, that it may ascend in the sight of Thy divine majesty, with a sweet fragrance, for our salvation and for that of the whole world. Amen. In a humble spirit and a contrite heart may we be received by Thee, O Lord, and let our sacrifice be so made in Thy sight this day that it may please Thee, O Lord God. Come, O sanctifier, almighty and eternal God, and bless this sacrifice prepared for Thy holy name.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *By the intercession of blessed Michael the Archangel, who stands at the right hand of the altar of incense, and of all His elect, may the Lord deign to bless this incense, and to receive it as a sweet fragrance, through Christ our Lord.*

P: *May this incense, blessed by Thee, ascend to Thee, O Lord, and may Thy mercy descend upon us.*

P: *Let my prayer be directed, O Lord, as incense in Thy sight, the lifting up of my hands as an evening sacrifice. Set a watch, O Lord, before my mouth: and a door round about my lips: that my heart may not incline to evil words: to make excuses in sins.*

P: *May the Lord enkindle in us the fire of His love and the flame of everlasting charity. Amen.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: I will wash my hands among the innocent, and I will compass Thine altar, O Lord, that I may hear the voice of praise: and tell of all Thy wondrous deeds. I have loved, O Lord, the beauty of Thy house and the place where Thy glory dwelleth. Destroy not my soul, O God, with the wicked, nor my life with men of blood. In whose hands are iniquities, their right hand is full with gifts. But I have walked in my innocence: redeem me, and have mercy on me. My foot has stood on the right path; in the churches I will bless Thee, O Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Receive, O holy Trinity, this oblation which we offer to Thee in remembrance of the Passion, Resurrection, and Ascension of Our Lord Jesus Christ, and in honor of blessed Mary, ever Virgin, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, and of these and of all the Saints; that it may avail unto their honor and our salvation, and may they deign to intercede in heaven for us who honor their memory here on earth. Through the same Christ, our Lord. Amen.

P: Pray brethren, that my sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.

S: May the Lord receive the sacrifice from your hands, to the praise and glory of His name, to our benefit, and that of all His holy Church.

P: Amen.

Graciously accept our offerings, O Lord, we beseech Thee, and mercifully direct our still rebellious wills to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God,

P: ...forever and ever.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Lift up your hearts.

S: We have lifted them up to the Lord.

P: Let us give thanks to the Lord our God.

S: It is fitting and just.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, and the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

(Kneel)

P: Holy, holy, holy, Lord God of Hosts! Heaven and earth are filled with Thy glory. Hosanna in the highest! † Blessed is He Who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest!

THE ROMAN CANON

P: Therefore, most merciful Father, we humbly pray and entreat Thee, through Jesus Christ, Thy Son, Our Lord, that Thou would accept and bless these gifts, these offerings, these holy and spotless sacrifices, which, in the first place, we offer Thee for Thy holy Catholic Church: deign to pacify, to guard, to unite, and to govern her throughout the world, together with Thy servant **N.**, our Pope, and **N.**, our Bishop; and all orthodox believers of the Catholic and apostolic faith.

P: Be mindful, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.**, and of all here present, whose faith and devotion are known unto Thee, for whom we offer, or who offer to Thee, this sacrifice of praise for themselves, and for all their own, for the redemption of their souls, for their hope of salvation and safety; and who pay their vows to Thee, the everlasting, living, and true God.

P: Having communion with, and venerating first of all the memory of the glorious and ever Virgin Mary, Mother of our God and Lord Jesus Christ; and also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus; of Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and all Thy Saints, by whose merits and prayers, grant that in all things we may be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ, our Lord. Amen.

P: We therefore beseech Thee, O Lord, to graciously accept this oblation of our service, as also of Thy entire family; dispose our days in Thy peace, save us from eternal damnation, and command that we be numbered in the flock of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

P: Quam oblatiōnem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui Dōmini nostri Jesu Christi.

P: Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi grâtiâs agens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

Accipite, et manducate ex hoc omnes, HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

☩ ☩ ☩

P: Símili modo postquam cænatum est, accipiens et hunc præclarum Cálicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi grâtiâs agens, benedixit, deditque discipulis suis, dicens:

Accipite, et bibite ex eo omnes, HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hæc quotiescúmque feceritis, in mei memoriâ faciétis.

☩ ☩ ☩

P: Unde et memores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Filii tui Dómini nostri tam beatæ passiōnis, nec non et ab inferis resurrectionis, sed et in cælos gloriósæ ascensionis: offérimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ, et Cálicem salutis perpétuæ.

P: Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris; et accepta habere, sícuti accepta habere dignatus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Ábrahæ: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hóstiam.

P: Súplices te rogâmus, omnípotens Deus: jube hæc perféri per manus sancti Ángeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divinæ majestátis tuæ: ut quotquot, ex hac altáris participatiōne sacrosánctum Filii tui, Corpus, et Sanguinem sumpsérimus, omni benedictiōne cælesti et grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Meménto étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuarum **N.** et **N.** qui nos præcessérunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Dómine, et omnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multítudine miseratiónum tuárum sperántibus, partem álquam, et societátem donáre digneris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martíribus: cum Joánne, Stéphano, Matthía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellino, Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admitte. Per Christum Dóminum nostrum.

P: Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor, et glória.

(aloud, to conclude the Canon)

P: Per ómnia sæcula sæculórum.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Orémus. Præcéptis salutáribus móniti, et divinâ institutiōne formáti, audémus dicere:

Pater noster, qui es in cælis: Sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum: Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie: Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris. Et ne nos inducas in tentatiōnem:

S: Sed libera nos a malo.

P: Amen

P: Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præséntibus, et futúris: et intercedente beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitrice María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis: da propítius pacem in dñibus nostris: ut ope miserícordiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatiōne secúri. Per eúndem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: Amen.

P: Pax Dómini sit semper vobiscum.

S: Et cum spírítu tuo.

(Kneel at High Mass)

P: Hæc commixtio, et consecrátió Córporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi fiat accipiéntibus nobis in vitam æternam. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** dona nobis pacem.

P: Dómine Jesu Christe, qui dixisti Apóstolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ: eámque secúndum voluntátem tuam pacíficáre et coadunáre digneris: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

P: Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spírítu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sanguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsum malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te nunquam separári permittas: Qui cum eódem Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

P: Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus súmere præsumo, non mihi provéniam in júdicio et condemnatiōem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et cörperis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

P: Panem cælestem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

P: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam æternam. Amen.

P: Quid retribuam Dómino pro ómnibus quæ retribuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

P: Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam æternam. Amen.

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

S: Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

S: Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

S: Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

AT THE COMMUNION RAIL

P: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam æternam. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

P: Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum, Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

COMMUNION Psalms 22: 1-2

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuræ ibi me collocávit: super aquam refectiōnis educávit me.

P: Which oblation, do Thou, O God, deign in all respects to make blessed, approved, ratified, reasonable and acceptable, so that it may become for us the Body and Blood of Thy most beloved Son, our Lord, Jesus Christ.

P: Who, the day before He suffered, took bread into His holy and venerable hands, and with His eyes raised to heaven, unto Thee, God, His almighty Father, giving thanks to Thee, He blessed it, broke it, and gave it to His disciples saying:

Take, all of you, and eat of this: FOR THIS IS MY BODY.

P: In like manner, after He had supped, taking also this excellent chalice into His holy and venerable hands, and giving thanks to Thee, He blessed it, and gave it to His disciples, saying:

Take, all of you, and drink of this: FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD OF THE NEW AND ETERNAL TESTAMENT: THE MYSTERY OF FAITH: WHICH SHALL BE Poured out for you and for many unto the remission of sins. As often as you shall do these things, you do them in memory of Me.

P: Wherefore, Lord, we, Thy servants, but also Thy holy people, mindful of the same Christ, Thy Son, our Lord, of His blessed passion, and of His resurrection from the grave, and of His glorious ascension into heaven, offer unto Thy most excellent majesty of Thine own gifts, bestowed upon us, a pure victim, a holy victim, an unspotted victim, the holy Bread of eternal life and the Chalice of everlasting salvation.

P: Deign to regard them with a gracious and serene countenance, and to accept them, as Thou didst deign to accept the gifts of Thy just servant Abel, and the sacrifice of Abraham our Patriarch, and that which Thy chief priest Melchisedech offered to Thee, a holy sacrifice, an unspotted victim.

P: Humbly we pray Thee, almighty God, command these offerings to be borne by the hands of Thy holy Angel to Thine altar on high, in the sight of Thy divine majesty, so that as many of us as shall, by partaking from this altar, consume the most holy Body and Blood of Thy Son, may be filled with every heavenly grace and blessing. Through the same Christ our Lord. Amen.

P: Be mindful also, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.** who have gone before us with the sign of faith and rest in the sleep of peace. To these, O Lord, and to all who rest in Christ, we plead that you grant a place of comfort, light, and peace. Through the same Christ our Lord. Amen.

P: To us sinners also, Thy servants, trusting in the multitude of Thy mercies, deign to grant some part and fellowship with Thy holy Apostles and Martyrs, with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all Thy Saints, into whose company, we beseech Thee, not as appraiser of merit but as bestower of pardon, to admit us. Through Christ our Lord.

P: Through Whom, O Lord, Thou always create, sanctify, quicken, bless and bestow upon us all good things. Through Him and with Him and in Him is to Thee, God the Father almighty, in the unity of the Holy Spirit, all honor and glory,

P: Forever and ever.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Let us pray: Admonished by Thy saving precepts, and following Thy divine institution, we dare to say: Our Father, Who art in heaven, hallowed be Thy name; Thy kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.

S: But deliver us from evil.

P: Amen.

P: Deliver us, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious ever-Virgin Mary, Mother of God, together with Thy blessed Apostles, Peter and Paul, and Andrew, and all the Saints, mercifully grant peace in our days, that sustained by the help of Thy mercy, we may be always free from sin and secure from all disturbance. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, who lives and reigns with Thee, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

P: The peace of the Lord be always with you.

S: And with your spirit.

(Kneel at High Mass)

P: May this mingling and consecration of the Body and Blood of our Lord Jesus Christ be to us who receive it effectual unto eternal life. Amen.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** grant us peace.

P: O Lord Jesus Christ, Who said to Thine Apostles: Peace I leave you, My peace I give you; regard not my sins, but the faith of Thy Church, and deign to grant her peace and to unify her according to Thy will: Who lives and reigns God, forever and ever. Amen.

P: Lord Jesus Christ, Son of the living God, Who, by the will of the Father, with the cooperation of the Holy Spirit, hast by Thy death given life to the world; deliver me by this Thy most sacred Body and Blood, from all my sins and from all evils. Make me always cleave to Thy commandments, and never permit me to be separated from Thee, Who with the same God the Father and the Holy Spirit, lives and reigns, God, forever and ever. Amen.

P: Let not the partaking of Thy Body, O Lord Jesus Christ, which I, unworthy, presume to receive, turn to my judgment and condemnation; but through Thy kindness, may it benefit me, a safeguard both of mind and body, and a certain remedy. Who with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, lives and reigns God, forever and ever. Amen.

P: I will take the Bread of heaven, and will call upon the name of the Lord.

Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

P: May the Body of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

P: What return shall I render unto the Lord for all He has given me? I will take the Chalice of salvation, and I will call upon the name of the Lord. Praising I will call upon the Lord, and I shall be saved from my enemies.

P: May the Blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul to life everlasting. Amen.

P: Behold the Lamb of God, behold Him who takes away the sins of the world.

S: Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

S: Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

S: Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

AT THE COMMUNION RAIL

P: May the Body of our Lord Jesus Christ preserve your soul unto everlasting life. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Grant, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and from a temporal gift may it become to us an eternal remedy.

P: May Thy Body, O Lord, which I have consumed, and Thy Blood which I have drunk, cling to my vitals; and grant that no wicked stain may remain in me, whom these pure and holy mysteries have refreshed. Who lives and reigns, forever and ever. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

The Lord is my Shepherd; I shall not want. In verdant pastures He gives me repose; beside restful waters He leads me.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Stand at High Mass)

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Orémus.

POSTCOMMUNION

Tua nos, quæsumus, Dómine, sancta puríficent: et operatióne sua tibi plácitus esse perfíciant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: **Amen.**

P: Orémus.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Deus, qui sperántibus in te miseréri pótius éligis quam irasci: da nobis digne flere mala, quæ fécimus; ut tuæ consolatiónis grátiam inveníre mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: **Amen.**

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Ite, Missa est.

S: **Deo grátias.**

(Kneel at High Mass)

P: Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indignus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque et ómnibus pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Benedícat vos omnípotens Deus,

†Pater, et Fílius, et Spírítus Sanctus.

S: **Amen.**

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

(Stand)

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

S: **Glória tibi, Dómine.**

P: In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Ómnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso víta erat, et víta erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhiberet de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

(Genuflect) ET VERBUM CARO

FACTUM EST

et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

S: Deo grátias.

[Leonine Prayers](#)

(optional after Low Mass)

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Stand at High Mass)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Let us pray.

May Your holy sacrament cleanse us, we beseech You, O Lord, and may its power make us pleasing to You. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

P: Let us pray.

Bow your heads to God. O God, Who would rather show mercy than anger toward those who hope in Thee, make us truly sorry for the evil we have done, that we may be worthy of Thy merciful consolation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Go, the Mass is ended.

S: Thanks be to God.

(Kneel at High Mass)

P: May the performance of my homage be pleasing to Thee, O holy Trinity: and grant that the sacrifice which I, though unworthy, have offered up in the sight of Thy majesty, may be acceptable unto Thee, and may, through Thy mercy, be a propitiation for myself and all those for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

P: May almighty God bless you, †the

Father, Son, and Holy Spirit.

S: Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

(Stand)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: The beginning of the holy Gospel according to John.

S: Glory be to Thee, O Lord.

P: In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by Him: and without Him was made nothing that was made. In Him was life, and the life was the light of men. And the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not that light, but was to give testimony of the light. That was the true light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by Him, and the world knew Him not. He came unto His own, and His own received Him not. But as many as received Him, He gave them power to be made the sons of God, to them that believe in His name. Who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.

(Genuflect) AND THE WORD WAS

MADE FLESH,

and dwelt among us, (and we saw His glory, the glory as it were of the only begotten of the Father,) full of grace

and truth.

S: Thanks be to God.